

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82**

**Landsberg, Johannes Justus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput 7mum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

17  
15

Caput 7<sup>mum</sup>  
Continuatio earundem aspirationū.

1. Ecce cor tuum sine amore esse nequit,  
nec quidquam appetit, aut diligit, nisi quod  
ei bonum sit, tantoq; majori impetu in illud  
fertur, quanto id sibi melius esse videtur: et hac  
est natura cordis tui. <sup>fatare modo</sup> Nunc <sup>naspi etiam</sup> fatere, te aut mente  
captum, aut omni poenā dignum, <sup>cum veras</sup> Deum  
tuum summum bonum esse, nihilq; illo melius, aut  
majus unquam cogitari posse, et tamen cum tuo amo-  
re veluti indignum reputas. Heu quam raro de eo co-  
gitas, quam remissus, quam segnis es in ipsius dilec-  
tione. En maris perpetuus ferri in ea, qua extra Deum  
sunt, licet noveris illa vana esse, et in momento eva-  
nescere, quam ut ipsum Deum, quem suis vera ac æ-  
terna bona in se continere, eaq; fruenda tibi ul-  
tro offerre, unice quaras, ac diligas. O dementia!  
O cœcitas cordis mei! quis me debetur malis meis,  
nisi tu Domine Deus meus, qui illuminas omnem hominē  
venientem in hunc mundum? Ah illumina ocu-  
los meos, ut videam te, qui es torrens omnis volup-  
tatis. Accende cor meum, ut diligam te, qui es prin-  
cipium omnium bonorum: sana animam meam  
ab omnibus inordinatis affectionibus, ut nihil  
desiderem nisi te, qui es unicum et summum bonum  
meum.

Nunc fatearis  
velim

2. Si in Deo aliquid boni qualieris, nec invene-  
ris, noli ipsum amare, noli cor tuum ei apponere;







19  
16  
habeam, et omnia habeo, o Deus meus et  
omnia! Millies hoc dicam, millies hoc cogi-  
tabo, millies hoc repetam; neque enim vel dicere,  
vel cogitare majus possum aut melius, quam  
hoc ipsum: Deus meus et omnia! mihi Deus est  
epulatio, mihi delectatio, mihi voluptas, mihi  
divitias, mihi delicia, mihi quies, mihi thesaurus,  
mihi Deus est omnia.

Caput 8<sup>um</sup>

Continuatio carūde aspiratio-  
num.

1. Si coelum et terra, et omnia, quae in eis  
sunt, bona mihi videntur, quanto melior mi-  
hi videri debet, qui fecit ea, omnia enim bona  
fecit ipse Deus; ipse autem est bonus, quem  
nemo fecit: ille bono suo bonus est, et à se ipso  
bonus est: et ideo summum bonum est. O quan-  
ta dulcedine afficior, cum audio Summum  
Bonum. Bonum hoc quare anima mea: Sum-  
mum bonum, infinitum bonum, immensum  
bonum hoc est suum bonum. Quid ei deest,  
cui summum bonum bonum est? quid ultra  
appetere potest, cui infinitum bonum, immen-  
sum bonum ac bonum bonorum omnium bonum  
est, portio eius, possessio eius, fructus eius est.  
O possideam te, o fruam te summum bonum